

Canta, Musica.

**A** STARCHATERUS, cum Frothonis IV. Danorum regis fraudulenter oppressi filium Ingellum patris interfectorem ignovisse recevissent, & a patris moribus penitus degenerasse: ingentem carbonum facem in Suecia humeris suis Daniam petiturus impoluit. Rogatus ab obviis, Qui tum insolitum onus deferret? Ingelli regis fulticium se carbonibus curaturam asseruit. Ita que expedita semita velut uno spiritui rapidum iter explicuit, tandemque Ingelli hospitio usus, sedem proceribus destinatam suo more contendit. Regina fordidis pannis tectum loco excedere iussit, ne pulvinaria inficeret. Paruit animosus fenex, atque in ultimam aulae partem secedens, ipsos parietes submissi corporis impulsu contudit, ut tectum ruinam minari videretur. Ingellus a venatione regressus uxorem monuit, ut tantum virum benigne exciperet, sibi olim a patre tutorem datum, infantiam custodem. Regio inde convivio adhibitus, repudiatis omnibus illecebris, oculis indignationem semel ante conceptam non obscurè præ se ferebat. Regina mirifici operis vittam proprio capiti detractam ei misit, benevolentiam ejus mercari cupiens. Starchaterus verò eam in os ferentis rejecit. Mox cum delinendi hominis gratia tibicen canere cœpisset, Starchaterus offe, quod arrosaret, tibicinis os petiit, Ingello serculum regium mittente, illud repudiavit. Teutonica delicia averfatus. Nec mora, Ingellum amaro carmine reprehendere cœpit, quod Saxonico imitatus luxum a sobrietate, & virtute decivisset: maxime autem, quod in ipso militia tyrocinio ulciscendi parentis immemor, neglecta nature lege, paterni sanguinis carnifices Suertingi filios benevolentia complexus esset. Ad hanc vocem tremefacta regina, detractum capiti suo reticulum irato seni obtulit. Ille verò eo in os offerentis, cum indignatione rejecto, clara voce Satyricum carmen in regem, & reginam cecinit: coque torpentem regis animum ita excitavit, ut furibundo similis exiliens, Suertingi filios cum toto comitatu suapte manu confoderit: & peregrino luxu rejecto, paternam fragilitatem inciceps sit amplexus. *Saxo l. 6. Crantz. l. 1. Danie. c. 37.*

SEVERITAS RESPECTU  
PERSONARUM; PERSONÆ  
scilicet vel  
UTRIUSQUE, AGENTIS,  
scilicet, & PATIENTIS.  
Severi.  
PRÆCEPTORES erga  
DISCIPULOS.

**C** CALLIMACHUS contra Apollonium Rhodium, ut ingratum discipulum carmen libidinis virulentis, scripsit. *Cyraldus.*  
ANISTHENES Philosophus interrogatus, quam obrem tam severus esset discipulorum objurgator? Et medici, inquit, erga ægros. Significans, se vitia objurgare, non homines. *Laert. lib. 1. c. 1.*

MAGISTRATUS erga  
SUBDITOS.

Ex loco *Justitia* correctiove ut plurima referri poterunt.

SUBDITI erga MAGISTRATUS.

Exempla pete ex Tit. Prudentie, & Fortitudinis, in *tolendis* evertendisque tyrannis. Nem Severi ob tyrannidem.

**D** GABONITÆ Sauli regis perfidiam erga se, qui, ut Judæis Israelis gratificaretur, eos ad interfectionem perdere cōnabatur, in posteris uli fure. Oborta enim post Sauli regis morte trienniali fame, consultum Dei oraculum respondit, expiandum esse Sauli facinus contra Gabonitas. David ergo petentibus Gabonitis septem de Sauli familia superstites mares dedit: quos illi ad Gabam in monte crucifixurum: coque factis famas cessavit. *2. Reg. 21.*

JEHU, Josaphat F. a propheta quodam justu Elizei onctus in Ramoth, regnum Israelitarum occupavit: cum dux esset exercitus, Joram regem dominum suum Jezraelem sagitta interfecit, Jezraelem regis matrem de tutri precipitavit, lxx. liberos regios Samarie trucidari curavit. Atque hæc omnia Domini jussu, qui Achab stirpem penitus deleri præceperat: & propter hanc Jehu severitatem etiam trinepotes ejus Israelitis imperatores promiserat. *4. Reg. 10.*

Rom. APULEIUM Tribunum, ob ejectionem e senatu, & tribunatu a Q. Cæcilio Metello feditiosus, cum Saphinio, & Glauco per C. Manium obfedere, & interfecere. *Sab. l. 2. Enn. 6.*

Cum inter MARIUM, Syllamque civili bello decertaretur, in C. Fabius, Africa proconful, quia crudeliter, se avarumque nimis præstabat, feditioe Provincialium vivus in palatio exiit. *Ful. lib. 9. c. 10.*

Cum ADRIANUS civis Romanos, qui Uticæ erant, fordidio imperio vexasset, idcircoque ab iis vivus esset exiit: nec quaestio ulla in urbe hæc de re habita, nec querela veritata est. *Val. Max. lib. 9. c. 10.*

HELIOGABALUM Pop. Rom. mortuum projecit in cloacam, mox in Iberim cum matre traxit, ejusque nomen e publicis monumentis erasit. *Herodianus.*

NERONIS turpitudinem, & scelera ipse Populus Romanus tolerare diutius non potuit, & exercitus Galbam in Hispania Imperatorem creavit. De exitu ejus sic *Eutropius lib. 8.* scriptum reliquit: Sententia senatus constitutum est, ut nudus per publicum ductus, furca collo ejus inserta, virgis usque ad mortem egeretur, atque ita e saxo præcipitaretur. Igitur desertus undique e palatio fugit; noctis medio urbem egressus, sequentibus cum Phaeone, Epaphrodito, Neophytoque, & spadone Sporo, quem quendam exectum formate in mulierem tentaverat: & in suburbano se liberi sui, quod est iter Salariam, & Nomentanaviam, ad quartum urbis miliarium, istu gladii transegit: adjuvante trepidantem manum impuro cuncho: cum sanè prius nullo reperio, a quo feriretur, exclamaret: Itane nec amicum, nec inimicum habeo? De decorose vixi, turpis percam. *guer.*

AMASGI Alanis, seu Albanis vicini, ob nimiam tyrannidem, qua parentibus pueros elegantes vi rapiabant, & castris Romanis vendebant, suos principes interfecere. *Zonar. & Cusp. in Leone III.*

Venetri VASUM Hypatum ducem ob crudelitatem occidere, Galliam patriam, atque luminibus privarunt, qui Horleo sicuti in ducatus dignitate, ita etiam in vitis succederat. Dominicum Monegarum parii supplicio affecerunt: neque de eorum aliquo poena sumpta fuit, qui in ipsos principes manus injecerunt: adeo justè omnes vindictam de scelere sumptam putaverunt. *Fulg. & Egnat. lib. 9. cap. 10.*

MARIANUS Falctrus, dux Venetorum, conjurationem in ipse tyrannidem invadenda. Capto, crimenque confesso, in summo scalarum Palatinarum gradu, cervicis abscissa fuit, bonaque publicata: decretoque publico cautum, ut in majori comitio, ubi Ducum omnium pictæ spectantur imagines, cum suis elogiis, nulla ejus extaret effigies: tantumque atro color locis illis obfcurus esset, ea cum subscriptione, quæ testaretur Marini Falctri locum esse vacuum, cui duci proptet ingens in patriam scelus amputata publice cervix foret. *Egnatius lib. 6. c. 3.*

Orta inter JOANNEM X. Pontificem, atque Albertum Ethurizæ Marchionem discordia, quia Albertus Panones adversus Romanam Ecclesiam mercede conduxerat (qui iuxta gentis suæ morem, ferro atque igne omnia fœdabant) indignatus ob eam rem Populus Romanus, quod illorum discordias Romanus ager vastaretur, capto Alberto carperademit. Exercitus quoque Pontificem manibus in eum injectis in carcere pulvino ori obiecto necavit: nulla in utroque dignitatis, vel Ecclesiasticæ, vel secularis habita ratione. *Ful. lib. 9. c. 3.*

JUDICES erga REOS.

L. CASSIUS prætor Romæ tanta severitate fuit, ut tribunal ejus Scopulus reorum diceretur. *Valerius Maximus lib. 3. cap. 7.* Quoties judicii alieus quisquis esset, in quo quaeretur de homine occiso, suadebat, atque etiam præibat judicibus, ut quaeretur, cui bono fuisset perire eum, de cuius morte quaeretur. Ob quam severitatem, quo tempore Sextus Pæduceus Trib. pl. criminatus est L. Metellum Pont. max. totumque collegium Ponticum male judiciale de incesto virginum Vestalium, quod unam modo Amiliam damnaverat, absolverat autem duas, Martiam, & Liciniam: populus Cassium creavit, qui de eisdem virginibus quaereret. Iste & utraque eas, & præterea complures alias, nimia etiam, (ut existimatio est) alperitate ulius, damnavit. Aconius Pedianus in *orat. Cic. pro Milone.* Idem pro Roscio fide de illo loquitur: L. Cassius ille, quem populus Rom. verissimum & sapientissimum judicem putabat, identidem in causis quaerere solebat, Cui bono fuisset. Hunc quaestorum, ac judicem fugiebant, atque horrebant ii, quibus periculum creabatur: idcirco quod tametsi veri-

veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam, quam implicatus ad severitatem videbatur.

JUSTINUS Curopalates Imp. cum ob valetudinem raro in publicum prodiret, multos ad interfendam alius injuriam, quasi nullus earum vindex esset, andociotes reddidit. Multis de injuriis conquerentibus, Quidam accessit, qui pollicebatur, si præfectus crearetur, ad certum tempus neminem inventum iri, cui fieret injuria. Persuafus Imper. hominem præfectum designat. Eo pro tribunali sedente, cum quidam senator, accusatus a vidua, quam omnibus bonis spoliaret, se non listeret: sed contempto apparitore, ad Imp. convivium se conferret, quo invitatus erat: Præfectus subsecutus, e conspectu Imp. hominem abreptum, causam dicere, damnatumque, viduæ satisfacere coegit. *Zonaras, & Cedrenus.*

Severissimus omnium apud VENEROS magistratum decemviratus, et ut virorum numero ei, qui olim Romæ fuit, ita terribili potestate penè præ, Majestatis crimina, cinadamicæ fedatatem, vindicant ad ultionem, aliaque atrociora scelera, severa vindicant animadversione: nec reo licet per se, aut per patronum alique causam dicere: pro collegio aliquis exiit oportet, qui rei causam quoquo modo agat. Quicquid ab his judicari fuerit, provocatione caret: ipsorum est, non alterius, si quis statuerit, mutare: si id tale est, ut postea mutari possit, poterunt & illi, qui anno circumeactio eorum loco furrogati fuerint. Illud sanè in eo magistratu formidabile, quod illius judicia nullis extant literarum monumentis, ut quod semel judicatum sit, nulla queat potestas rescindere. Constat jam inde à Petri Gradonici principatum magistratum ipsum in civitate institutum. *Sabell. de Venetorum magistrifurum.*

DUCEs erga MILITES,

Subditos.

Consule. Tit. Pena militum proditorum, transfugarum, desertorum, inobedientium sub loco *Justitia*, & seqq. Illic inaequalitatis, quæ corrigitur: hic vindictæ, per quam corrigitur, ratio habetur. Illic alieni mali correctio, hic proprii impetus in ulciscendo moderatio perpenditur.

CLEARCHUS Lacedæmoniorum dux, egregio dicto disciplinam militum continebat, identidem exercitus sui auribus inclucando. A militibus imperatorem potius, quam hostem metuere debere. Quo apertè denunciabatur futurum, ut spiritum poenæ impenderent, quem pugna acceptum ferre dubitassent. Idcirco à Duce præcipi non mirabantur, matrem suam blanditatem memores, quæ exituros eos ad præliandum monebant, ut aut vivi cum armis in conspectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. *Valerius Maximus lib. 2. cap. 2.*

LAMACHUS castigavit quandam e ducibus, qui deliquerat nescio quid. Et cum ille dixisset, Non iterum isthuc committam: Ne possis quidem, inquit, in bello peccare bis. Error enim in bello mors est. *Plutarchus in Regum apoph. Sib. serm. 52. An. Melissa par. 1. serm. 67.*

Multæ militares nonnullæ majores, quæ capitis supplicio luebantur, pleræque minores, pro ut gravior, aut leviter delictum esset, facinorosis, & delinquentibus militibus, necessitas ad rem militarem exemplo à ducibus inferri solite sunt: quibus fanciverunt militaris imperii disciplinam, ut ignavia, & contumax miles, prout segnis, negligentique, aut affinis culpæ fuisset, ita acris, & severo judicio, vel leviore poena notaretur. Nam desertores, feditiosos, & fugitivos, aut si loco, statione, vel præsidio cessissent, tergave dedissent, aut e castris effugissent: tanquam pessimo facinore multitudo capitali poena pletere solebat. Nonnunquam, ubi multitudine obnoxia foret, auctores turbatum ad palmam deligare, aut securi percutere: reliquæ verò multitudinis decimum quemque forte ductum ad supplicium petere, pervulgata poena fuit. Quicquam reliquissent, aut insequentes ad signa convenirent, sustitatio pledebantur. Præsidio verò decessisse, semper capitale fuit. Si qua verò cohortes signa fœdè amississet, nisi noxam, ejus arguebatur, purgasset, in eas more majorum quandoque capitali supplicio, plerumque leviori poena fœditum est. Quare pro frumento hordeum dare, vel extra vallum sine tentoriis relinquere, nonnunquam milites in prima acie inducere: aut distinctis gladiis distinctos destitute, varisque ignominis af-

ficeri solebant: ut his contumeliosis coerciti, intentius mandata exequerentur, deincepsque ad subeunda pericula paratiores forent. Eos, qui pugnam detrectassent, aut secessionem fecissent. quique erant fugæ, & pavoris insimulati, quique segnes, & cunctabundi arma cepissent, levissima nota erat, jurjurando adigere, non aliter quam stantes, quoad stipendia facerent, cibum, potumque capuros, aut traditio pugillarum, quos taciti statim legerent. Ob minorâ verò, & levioris noxæ crimina, vel locum & ordinem in acie mutare, vel stipendium anni differre militibus, neque his acia procedere, qui ære deruti dicebantur, aut in politia, vel in frequentia notare, vel citrà comoda stipendiorum exautorare, vel locum, in quo tenderent, in castris adimere: illosque sine pellibus tabernacula habere, ut humi, & sub dio accubarent: vel ne in oppidis hybernarent, inhæbere solebant. In politia autem, & in frequentia notabantur hi, qui rudibus, & parum nitidis armis, vel strigiosiori equo, & macie affecto utebantur, quique prædicto ad pugnam die, occasionebus quaestris, contumacibus parerent: quæ mora excusabat, si funeres patemi, vel sacrificii gentilis, auspiciæ, aut morbi fontici, vel feriarum causa, ad constitutam diem non accessissent. Qui verò arma alienasset, aut illa amississet, propter inertiam turpitudinem æque ac desertor morte luebatur. Inter animadversiones militares levissima est admonitio, castigatio minor, depreffa major, ignominia maxima. Ideo milites, in quos lege militari, castigatio, aut admonitio animadversum est, non propterea ignominia notati erant. Militem militiæ gradu deicere, aut exautorare, vel equum illi adimere, ipsumque vitibus, aut virgis cedere, seu equo detrahere, vel hastas dare jubere, quæ censo hastaria dicta est, non pro levi noxa, sed pro acris delicto, magna animadversionis loco à ducibus inferri solita fuit. Hastas dare jubebantur milites, quibus propter proba ignavia, & luxuria, hasta adimebatur. Etenim sicut gloriæ causa fortes viri donabantur hasta pura, hi, qui primum victores in prælio fuissent: ita ignavis, & contumacibus adimebatur. Hoc notabat, tanquam spes merendi stipendia illis adempta foret. *Alex. l. 1. c. 13.*

M. CURTUS consul, cum delectam subito educere coactus esset, & juniorum nemo respondisset, coniectis in sortem omnibus tribubus: Pollia, quæ proxima exierat, primum nomen una extractum citari iussit: neque eo respondente bona adolescentis hastæ subiecit. Quod ut illi nunciatum est, ad consulum tribunal cucurrit, collegiumque tribunorum appellavit. Tunc M. Curtus præfatus, non opus esse eo civite Reipub. qui parere nesciret, & bona ejus, & ipsum vendidit. *Valerius lib. 6. cap. 3.*

PAPYRIUS Cursor Dictator, cum adversus imperium ejus Q. FABIUS Rutilianus magister equitum, exercitum in aciem ad versus Samnites eduxisset: quanquam fuis Samnitibus in castra redierat, tamen neque virtute ejus, neque successu, neque nobilitate inopis, virgas expediti, eumque nudari iussit: frustra que Rutilianus, cum in urbem aufugisset, Senatus, Tribunorumque auxilium imploravit, supplicem Tribuni non tuebantur, sed re ad populum perducta, & patris, & populi precibus, qui pro Dictaturæ imperio cogi non poterat, Papyrius cessit: hoc tamen testatus antea, non poenam se Fabio, sed Populo Romano, & Tribunorum potestati, & auctoritati concedere. *Val. Max. l. 2. c. 2. & Plin. de Vit. illust. Europ. l. 2.*

Idem Equitibus petentibus, ut pro re bene gesta aliquid laboris remitteretur: Ne nihil (inquit ille) remissum dicatis, cum ex equis descenderitis, ne deorsum demulceatis: Et Præfectorum prætorum, qui cunctantibus suis ex subsidis in primam aciem eduxerat, ad se accersitum, cum forte ante tabernaculum mambularet, sola voce penè exanimavit, hictore in alium usum securim expedire iussit. Enim verò Hille in se ferrum stringi arbitrat, cum vix pedibus subito percussus metu constiteret: Licet (inquit Cursor) radicem hanc mihi excidit, ambulantis incommodam. *Sub. lib. 5. Em. 4.*

Disciplina militaris hoc Cæ. Prætoris judicium, si non excusare poterit, nihil crudelius, nihil usquam inhumanius inveniri potest. Quidam ex commentis sine committione redierat. Cum, præterquam quod illi fieri veitum esset, eum interfecisset, quem non exhibebat, apud Cn. Pisonem insimularetur: roganti aliquid tempus ad conquirendum, non dedit. Itaque damnatus extra vallum ductus est. Sed ecce, dum cervicem porrigeret, subito apparuit ille commissus, qui occisus videbatur: idcirco Censorio supplicio præpositus, iussit spiculatorum gladium condere: nec non summa, cum gratulatione damnatum ad Pisonem reduceret. Verum ipse tribunal











confodit: Sic abeam, inquit, quibus sacra, atque profana, A hostes, atque amici iuxta habentur. Non te hic facer locus, quo minus sacrilegii poenas exemplo daret, tutatus est, qui tot hominum millia cum templis foede absumpserit. H. Boetius lib. 15.

USERTINUS Cartariensis tertius princeps Patavinorum, forem suam Abbatissam Arcellae veteris, una cum stupratore, iussit comburi. Contra vero matrem suam, quae post obitum mariti Deo sese dicaverat in monasterio sancti Benedicti, cum pudice, sanctaeque vitam duceret, maxima reverentia fummoque honore profectus est. Bernardus Scard. lib. 3. bist. Patavin.

DOMINI ERGA SERVOS SEVERI.

SARA, cum Abraham ad Agar ancillam cupiditate prolix introduxisset, & illa ex eo Isaacem suscepisset, zelotypia tandem mota, domo illum eiecit. Gen. 16. 19. 21.

Quidam Lacon servo, qui dum puniretur, dicebat: Non B volens erravi. Non volens igitur, inquit, poenas dato. Plut. in Lacon. apoph.

PLUTARCHUS philosophus servum suum, hominem improbum, vestibus exutum, loris caedi iusserat. Ille innocentem se clamare, & herum suum oburgare, quod philosophus cum esset, & nisi dogmatibus librum scripsisset, dogmatibus suis nunc re ipsa repugnare. Tum Plutarchus: Itane, inquit, verberos an vero ex voce, colore, vultu, verbis meis ira me correptum esse intelligis? Aliud est dogmatum esse, aliud dogmatum esse videtur. Simulque ad eum, cui cedebat, conversus: Interim inquit, dum ego, atque hic disputamus, tu id, quod tuum est age. Gell. lib. 1. cap. 26. Noct. Att.

CONIUGES SEVERI ERGA SE MUTUO.

Vide Tit. Adulterii poena, Item, Quia erga conjuges Ille Erax, illic Corvethianis, & Quia ratio habetur.

SAMSON uxoris perfidiam in detegendo enigmatate xxx. juvenibus Thimathensibus ab ipso proposito, de cibo ex edaci, & dulcedine de feroci ulciscitur. Descendens enim Ascalonem, caesusque xxx. vicis eorum arma abstulit, elegantes vestes enigmatate interpretibus dedit, & patriam receptit. Iudic. cap. 14.

ARTAXERXES, consilio suorum procerum usus edictum promulgavit per omnes provincias, ut suae quisque domi vir imperaret. Regnam Vastim, quae ad regem vocata venire noluit, repudiavit. Esdras. cap. 1. Joseph. lib. 11. cap. 6. Antiqu.

TIRGATAO Mactotis nuptis Hecatae regi Indorum, qui paulo supra Bosphorum incoluit. Hunc Hecataem egestum regem, reduxit Satyrus Bosphori tyrannus: suamque ei filiam in matrimonium dedit, priorem iubens interficere. Ille, cum plurimum amaret Mactotim, occidere quidem eam non potuit: sed in munitissimum castellum inclusam, iussit in custodia vitam agere. Tirgatao clam custodibus aufugit. Cum Hecatae, & Satyrus eam magno studio conquirent (metuebant enim, ne Mactotis ad bellum incitaret) neque invenire possent: Mactotis desertis, & asperis visis superatis, per diem in sylvis de litescens, nocteque iter faciens, ad exterrum pervenit ad populos, qui Ixomata dicebantur. Ibi regia erat amicorum ejus, & cognatorum: Patrem mortuum reperit; cique, qui in regnum successerat nubes, Ixomatas ab bellum commovit, multaque D bellicosissimas circa Mactotim gentes evocavit: in primis autem Hecatae regem incurionibus infestabat, Satyrusque regnum vastabat: sic ut utriusque missis, qui suppliciter rogarent oblidem Satyri filium Metrodoram darent, ac pacem peterent. Illa consentit. Satyrus duos ex amicis supplicis ad eam transfugere iubet, eique infidias collocare. Illa supplicum legem colens, de salute supplicis impetranda egit. Qui cum illam adorti essent, cingulo idem recipiente, Satellites concurrunt facto, ambos comprehenderunt. Tirgatao ergo Bosphorans denuo bellum inulit, omnibusque calamitatibus regionem affectit: Satyrus moerore confectus, vitam cum morte commutavit. Gorgippus filius Imperio suscepto, supplicis amplissimis muneribus datis, bellum composuit. Ptolemaeus lib. 8.

THRACES conjuges suas ad hanc usque memoriam ad placandum Orphea, quem illa per fuorem Bacchicum dicerent, notis compungunt. Plut. de Tarda Dei vindicta.

C. JULIUS Caesar uxori repudium miserat, qui domi ejus P. Clodius formice habitu deprehensus erat: & tamen postea

citatus, ut adversus Clodium ob violatas ceteris ceremonias (quae ejus domi celebratae fuerant) testimonium diceret: negavit aliquid apud se de ea re compertum esse. Cum tamen peteretur, Quamobrem uxorem dimisisset? respondit: Uxorem Caesaris non crimine solum, verum etiam criminis suspitione carere oportere. Fulgosi lib. 6. cap. 1. ex Plut.

BARRABA, Sigifmundi Imp. uxori, comitis Cliviae F. valedudinario existente marito, vetula etiam ipsa de regno sollicita: Boemiam procribris convocatus unam viam, mortuo Imperatore, vitandorum seditionum, & quietis paranda esse dixit, si se viduam Poloniae regi locaret. Imperator libidinem uxoris detestatus, & ambitionem, eam in vincula conici imperavit, ipsi Alberto Austriae genero successore regnum nominato.

P. SEMPRONIUS, quod ludos se inficio spectasset, uxori repudium remisit. Val. Max. lib. 6. cap. 3.

C. SURIPIUS Gallus, quod involato capite foras prodisset, uxor (quae veste a capite deducta, matronas incedere, minime fas erat) repudiavit. Ibidem.

Q. ANTISTIVS uxorem suam nullam aliam ob causam repudiavit, quam quod cum libertina consulari eam vidisset. F. Idem.

HOSTES SEVERI ERGA SE MUTUO.

Hofes viros.

DAVID Rex Moabit vicis eosque ad terram prostratos forte dinumeravit, & tertium quemque servavit, reliquis interfectis. 2. Reg. 8.

Idem, cum post longam obsidionem Rabbam Ammonitarum metropolim cepisset, oppidanos eduxit, & ferris, utroque ferreis, & securibus exercitatus, perque laterarum fornacem traiecit necavit: idemque fecit omnibus Moabitarum oppidis. 2. Regum 12.

JUDAEI LXXV. millia inimicorum suorum in regno Persarum, & quingentos sibus, uno die interfecerunt. Aman in cruce sublati, regis iussu. Esdras. 14.

Cum finitimae gentes contra JUDAM Machabaeum arma cepissent, eo animo, ut Judaeorum gentem ad interfectionem delerent: Judas Simonem fratrem cum delectis militibus in Galilaeam misit, ipse cum fratre Jonathan in Galaadidem profectus, Bofortam, Maspham, Carnaum, Ephronem cepit, & incendit; maribus omnibus trucidatis, reliquis in servitum abductis. Similiter in Idumaea Hebronem, & Azotum. 1. Machab. 5. Idem duobus castellis captis, & incensis, xx. hostium millia occidit. Timothei numerosissimo exercitu profligato xxxv. m. interfecit. Expugnata Gazara castello munitissimo, Timotheum, & Chareram fratres duces cum omnibus delevit. 2. Machab. 10.

JONATHAS Judaeorum dux, & pontifex Apollonium, Demetrii Nicanoris duem acie victum, Azotum usque persequens, multis caesis, reliquos desperata salute in templum Dagon, quod est in ea urbe, compulsi: qua capta eodem impetu & ipsam, & vicinos vicis incendit, Dagon famam, & quotquot eum confugerant concrenavit: fuitque numerus tam eorum, qui exusti sunt, quam qui ceciderunt in praelio, octo millia hominum. Joseph. lib. 13. cap. 18. ex 1. Mach. 10.

ALEXANDER Magnus ex mercenariis Graecis apud hostes militans, qui capti erant, iussit in vinculis haberi Athenienses: quod, cum praeberentur iis publice alimenta, ara mercede H. Thefalos, quod, qui agrum possiderent optimum, nolent eum colere: Thebanos dimisit, solis dicens his, neque urbem, neque agrum per se relictam esse. Plut. in Apoph.

Cum a Samnitibus duo Coss. exercitus ad furcas Caudinas sub jugum missi essent, Romae circa forum velut in publico luctu tabernae clausae sunt, iustitiamque in foro prius ceptam, quam indictam, latavit, annalique aurei positi: nec civitas duces solum, sed innoxios etiam milites odisse, vulgusque negare urbe, aut rediis accipiendos. Flexit tamen civitatis iram misericordissimum adventum. Quippe qui noctu urbem ingressi, cum se quisque domum tacitus recessisset, plures dies foro, omnique publico congressu abstinerunt. Consulcs & ipsi in privato abditi, nihil jam inde pro magistratu agere sunt ausi, quo ad consules creati sunt, Q. Publius Philo, & L. Papirius Cursor, clarissimi ca tempestate duces. Hi deditis pacis auctoribus hosti, exercitum contra Samnites eduxere. Publius ubi certamen instare vidit, eum milites ad concionem vocasset, ut eos ignominiam eo praelio sibi demendam horta-

horaretur: sermo nullus haberi potuit praenimo clamore signum ad pugnam poscentium. Suus cuique animus ultionis cupidus hortator aderat. Trum itaque in praelium tanta festinatione, ut signiferi, penae praecipites, urgentium impulsu, in hostes invenerit, pilasque velut iniuciam temere coniecit, ut cominus resereretur. Nihil ibi imperatoria arte opus fuit, hostem militaris ira penae prius fudit, quam praelium confereretur. Exuri castris Samnites, Apuliam fuga peterunt, Publius Samnitibus castris potitus, plus invisi hic sanguinis, quam in acie hausit, magnaque pars praedae praenimia ira correpta est. Luceria obfessa, dediti hostes, septem millia sub jugum missa receptis sexcentis equitibus oblidibus datis. Sabl. 15. En. 4.

CONSTANTINUS Magnus, victo Maxentio tyranno, Romanis omnibus, qui contra se arma tulerant, veniam dedit, bona, & patriam omnibus a Maxentio spoliatis restituit: quos vero ille furoris socios, auctoritate habuerat, quaestionibus severissimis habitis condemnavit: & Praetorianos milites, qui sibi adversari Maxentio pertinacissime fuerant, funditus & Republica sustulit, ac sedem eorum Castrum, praetorium, quondam ab Octaviano Augusto constructum, disturbavit. Sigon. lib. 3. imp. occid.

ALARICUS Gothorum Rex, cum ab Honorio Imp. obtinisset, ut in Galliam ad querendas novas sedes proficisci posset, & jam protectione se accinisset: iuxta urbem Vercellas, contra fidem datam, solenni Dominicae resurrectionis die, Saulus Judaeus a Silicone missus (penes quem eo, tempore Occidentalis Imperii administratio erat) eum invasit. Alaricus tandem Romanum fudit exercitum: & omnia Gallia, retro exercitum convertit: Romanumque evertit. Ful. 19. c. 3.

ARNULFUS Germanorum Rex, cum Berengarium Italiae Regem a Vidone pulsum restitueret: Bergomum, cum a civibus morum munitione confinis excluderetur: oppido capto Comitum ejus Ambrosium, prodendi exempli causa, ante portam urbis suspensio strangulavit. Quo terrore adacti Mediolanenses, Papienses, & Placentini, consensim eum praemissis nunciis tradiderunt. Sig. 16. Regni Ital.

BERENGARIUS Italiae Rex, a Ludovico Provinciae rege regno eiecit, clam Veronam noctu invasit. Ludovicus, re compta trepidus in Basilicam D. Petri in arduo colle sitam se recepit, atque in penetrabilibus ejus sese abdidit. Quarente autem ac perfracta omnia Berengario, miles ejus, qui unus fugientem animadvertenter, timens, ne repertus occideretur, Berengarium adit, atque ita dixit: Rex, quando te Deus tanta victoria comitem fecit, ut hostem tuum in potestate habebas, aequum est, & te praecipis ejus obtemperare, qui, inquit: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite judicare, & non judicabitur vobis: nolite condemnare, & non condemnabimini. Berengarius autem intelligens, eum ubinam Ludovicus lateret, tenere, sed viam ejus consulere velle, respondit: Putane me, homo insulse, quem mihi Deus tradidit in manus, occidere velle. Qua voce erectus miles locum, ubi Ludovicus condiderat, judicavit. Berengarius autem, cum Ludovicum comprehendi iussisset, tum in conspectu suum productum ita appellavit: Non credo te oblitum ejus temporis esse, cum ego te meis praesidiis circumseptum, ita ut elabi non posse, misericordia tui capus, quae nulla tibi debetur, dimissi, insequere te nunquam amplius Italiam ingressurum mihi sacramento interposito spondidisti. Quare, quando tu meque beneficii mei, neque iurandi tui rationem, ut decui, habuisti, meque eodem tempore, ac Deum ipsum, libidine alieni regni percitus, scellisti, vitam quidem, sicut ei, qui te mihi prodidit, promissi, concedo: oculos vero erui tibi prodendi exempli gratia jubeo. Atque his dictis Ludovicus D statim luminibus orbatu, & regno se abdicare coactus est. Idem.

GUALVAGINUS Angliae Comes, auctor rebellionis Mediolanensem contra Fredericum I. anno Salut. 1165. vulnere accepto interceptus, atque ira Caesaris adhuc flagranti oblatu, tri-duo sub mensa in modum canis detentus, & crebris flagellis caesus, quarto deinde die in Germaniam perpetuo carcere punientis ductus fuit. At non multo post corruptis custodibus habitum rusticum, in Insulbarium rediit, incredibili omnium Insulbarum letitia. Dub. lib. 11.

ANNES Memorantius, Galliae Regis Francisci, ad liberandam urbem Taurinum, Caesaris Caroli V. exercitus obsidione pressum, dux, Subofiana via ad Villanum oppidulum pervenit, ubi Neapolitanus ventus, cum paucis antiquae turri praesidio inopulis, subiectum iter viae militaris impediatur, nec ullam deditionis significationem dabat. Cujus itultra pertinacia offensus Memorantius, quod indignum esset, Regem, nisi

pacato itinere transire, nisi statim se dederet, necem comminatus, tormenta produci iussit, atque oppugnare turrem cepit. Nec B. pacato, praesidiarii intellecto periculo animum despondentes, necessitati cessare. Sed Memorantius, centurione conservato, quod sibi dissimiles nactus esset milites, & regis stipendia adscripto, milites ejus praesidii ad unum omnes laqueo suspendit, qui importuna temeritate tantam vim regii exercitus se ferre posse credidissent. Jovius lib. 37. Hist.

Hofium Liberos, Coniuges, Amicos, Parentes, Obfides.

VOLSCEI, cum quibus Latino bello nec pax fuerat, nec armis disceptatum, quia tamen ex confesso in Romanos exercitum comparaverant, bello sunt a consulibus petiti. Ceterum inopinata re percussit, trecentorum Principum filios, a Cora, & Pometia, obfides consulibus dederunt. Quibus Roman reversi, vix paucis interjectis diebus, bellum occulte reparavit. Bos P. Servilius consul repressit foris: domi autem Appius Claudius, ut Volsorum supplicium aliis documento esset, ne datus obfides foedera violare amplius audeant, trecentos ejus gentis obfides in foro securi percussit. Sabl. 8. En. 2.

TARENTINORUM obfides, qui Romae in atrio libertatis custodiebantur, sub noctem urbe dilapsi, domum fugam intenderunt. Qui postredie ex Taracina Romam retracti, in foro prius virgibus caesi sunt, atque de saxo praecipitati. Cujus atrocissimi supplicii fama Tarentum delata, in causa fuit, ut maturata sit prodicio, & Hannibal in urbem noctu receptus, an. 10. secundi belli Punici. F. Sabl. 13. En. 5.

ALTERUTRIUS RESPECTU QUIDEM AGENTIS SEVERI.

Tropheta.

Cum OCHOZIAS Israelitarum Rex, Achab. F. per cancellos in cubiculo suo delapsus agrotaret, & ad Beelzebub Accaronensem Deum seiscitatum misisset, utrum ex eo morbo convalesciturus esset: Elias propheta nunciis in itinere occurrat, eisque indicavit, propter hanc impietatem Regem moriturum. Id nunciis Regi indicavit. Ille iratus, femicenturionem, cum 1. militibus misit, qui Eliam in montis vertice sedentem vel inquitum adducerent. Elias ignem de caelo illis imprecatus est, & is repente eos devoravit. Similiter & alterum femicenturionem, cum 1. aliis eodem animo venientem. Tertius femicenturio, cum 1. item veniens, Elias supplex accidit, & ut sibi ignosceret, & sponte ad Regem veniret, oravit. Eius precibus acquiescens Elias, ad Ochoziam venit, & mortem ei imminere praedixit. 4. Reg. 1. G.

Pontifices, Episcopi.

Vide Modum Vindictae, Uliciscendo.

Theod. 1. 5. c. 36. Constantinopolim a VARANE Persarum Rege oppugnata, innumerabilibus ad motis machinis tradit: sed solius Pontificis Eunomii precibus servatam. Cumque ex barbaricis Regibus unus divinum se incensurum templum munitur: Eunomium fundam in moenia constituit, applicatoque ingenti saxo, in nomine ejus, qui blasphemaretur, immitit iussit se. Quod directe illatum in impium Regem abominandum illius os, & totum caput comminuit.

Oratores.

LYCURGUS Atheniensis, tristis vir, vehementerque atque acerbus accusator est habitus, qui tamen innocentia, ac gravitate vite nemini sui temporis cessit. Eius mentionem Cicero iterum in Bruto fecit, extat quoque oratio ipsius, quae accusavit Leocratem civem suum, quod periculosis temporibus patriam deseruisset, atque exportatis inde suis bonis turpiter Rhodum aufugisset. Idem etiam in iudicium vocavit, ac damnavit Lyficlem, duce Atticarum copiarum, cujus culpa accepta esset clades a Philippo in Charonea: ejus autem accusationis sententia quaedam plene acerbiter remanferunt apud Diod. Sic. lib. 16. Hist. Vid. 121. Var. Lib. c. 20.

Politici.

M. CATO major, cum reliqua vita facilem, & communem praebere se subditis: e diverso severitatem, & gravitatem praesentabat, adeo inflexibilis in iure dicendo, atque in edictis publicis imperiosus, atque rigidus, ut Imperium Romanum nunquam illis vel formidabilis fuerit, vel jucundus. Plur. in ejus vita.



PATIENTIS. SEVERI erga Sacros homines.

Judae gentis sacerdotibus, urbe magna ex parte a VESPASIANO capta, templo direpto, & incendio, cum nihil superesset amplius quod cum vita optari posset, suppliciter sicut vitam a Romani exercitus Imperatore Tito, salutemque precari. A quo illud tulere responsum: Non esse opem venia sacerdotibus, templo, & sacris amissis. Sab. l. 4. c. 7. ex Josephi l. 7. c. 31. belli Jud.

Pueri. Confule Tit. Iudaeos Improbitatis, quatenus Severitati subiecta est.

DRACONTIS Spartanus, & puer adhuc, & imprudens, puerum alterum lanionio cultro percussum occiderat. Ob id certe exilio damnatus est. Nam & apud Graecos exilio voluntario sortuiti casus luebantur: & cum nullum homicidium impunitum esse debere existimarent, exilio puerorum non tam eorum injuriam puniebant (quae certe sine animo nocendi nulla esse potest) quam parentum incuriam, atque ignaviam: qui si diligentiam praestitissent, filii utique non peccassent. Aevodius ex Xenophon. l. 4. Padiae.

EDGARDUS Anglorum Rex in feras, praedae avidas severus Guidoaldo Gualdenium Rege tributum exegit, annis singulis Pous xxx. venatione captos. Id servatum, donec illud bestiarum genus affluens cadibus defecit. Polyd. lib. 6.

THEAGENIS Thasius athleta nobilissimi statua obrestatorem quendam eum flagris cadentem casto obrucrat. Hujus filii, statum de caede postulant. Quae Thagorum sententia in mare abjecta fuit, juxta Draconis legem. Factum hoc per multos annos secuta est sterilitas. Paus. lib. 6.

SEVERITAS considerata respectu LAESIONIS, sive INJURIAE illatae, per quam PATIENS laeditur secundum CORPUS. PER C EDEM.

CADIT GEDEON Dux Israelitarum fortissimus, cum CCC. militibus superasset cxxxv. millia Madianitarum, & duos illorum Reges Zebam, & Salmanan comprehendisset, qui fratres Gedeonis in Thabor interfecerant: juravit illis, si fratres suos conservassent, se quoque eis parciturum fuisse. Jethri igitur primo genito suo praecipit, ut eos necaret. Verum cum puer praetimore gladium non audeat stringere, Gedeon ipse sua manu eos obrucavit. Jud. c. 8.

Levita quidam in latere montis EPHRAIM, Gabae pmoctans, cum cives ejus loci ad montem uxore ejus abusi essent, severe ultus est uxoris stuprum, & necem. Divisa enim uxore mortua in XII. partes singulis duodecim tribus Israelis partem misit, hocque pacto crudelissimum illud bellum concitavit, quo multa Israelitarum millia occidere, tribusque Beniamitarum funditus fere excisa fuit. Jud. c. 19. & 20.

DAVID Rex, mortem Isobeth filii Saula Rechab, & Baan servis occisi, injustam punivit. Utrumque enim, detestatus eorum perfidiam, jugulari jussit, abscessitque eorum manus, & pedes supra piscinam apud Hebronem suspendi: Isobeth vero caput in Abner sepulchro Hebron sepeliri. Aevod. ex 2. Regum 4. & Josephi l. 7. c. 2. Antiq.

PTOLEMAEUS. Abus F. cum imperandi libidine focerum sui Simonem Ducem, & Pontificem Iudaeorum interfecisset, uxorem cum duobus filiis vinculis abegisset: recepit se in quamdam arcem supra Hierichuntam sitam, quae Dagon dicitur. Joannes vero, qui & Hyrcanus, Simonis F. accepto paterno Pontificatu, eduxit contra Ptolemaeum exercitum: & oppugnando locum caetera quidem erat superior, vincebatur autem sola pietate erga matrem, & erga germanos misericordia. Hos enim productos in moenia, Ptolemaeus flagris cadebat in loco omnibus conspicuo: minitans se praecipiturum eos, nisi frater ab oppugnando desisteret. Hyrcanus hoc viso, & audito, statim in primo conatu elanguescebat. Mater tamen ad eum manus tendens supplicabat, ne molliretur affectibus, sed potius indignitate rei motus daret operam, ut redactum in potestatem inimicum afficeret poena, & ulcisceretur homines sibi natura conjunctissimos: gratum enim sibi fore, inter tormenta emo-

ri, modò nefarius homo scelus suorum supplicium lueret. 1. Mach. 16. & Josephi l. 13. c. 15. Antiq.

AEGEUS Atheniensium Rex, Androgeum Minois Cretenum Regis F. per insidias interfici curaverat. Caede filii perturbatus Minos, Athenas venit, supplicium interfectoris Androgei petens. Spreta ejus verbis bellum Atheniensibus indixit, addita execratione, quae Atheniensibus ficitentem, famemque imprecatu est. Siccatate tunc Atticos, tum reliquam Graeciam urgente, corruptis terrae fructibus, belli duces, quomodo haec mala averti possent, Deum consulere. Is jussit eos ad Aeam Jovis, & Aeginae Afopi filiam adire, juberetque, ut pro se vota faceret. Quibus perfectis, siccatas cum apud alios Graecos cessasset, solos Athenienses vexabat. Coacti igitur sunt rursus a Deo implorare tanta remedia calamitatis. Hanc desitiram, Deum serunt respondisse: si pro Androgei caede, Minois quas vellet penas dedissent. Parentibus Deo Atheniensibus, praecipit Minos, pueros septem, & totidem virgines singulos Minotauro, quo ad viveret, vorandos tradi. His datis defecit siccatas: à bello abstinuit Minos annis septem transactis, rursus in pugnam Atticam, cum exercitu venit Minos, ac bis septem pueros accepit. Diod. lib. 4. c. 5.

POLYESTOR Thracum tyrannus, simulatque Trojam cognovit exidium, Polydorum puerum trucidavit, & in mare abiecit: quo nimirum auro potiretur, quod una cum filio Priamus ad illum miserat clanculum, cum iam periculum imminere videret, ne caperetur illum. Cadaver in litus ejectum Hecuba famula, dum equum pro abluendo Polyxenae cadavere petit, ad heram detulit. Quae cum corpus retentum inspicere, ubi Polydorum esse cognovit, misere differencia: secliam viam quaerens, qua posuit Polymetorem ulcisci, cum illo colloqui voluit. At ille ignarus, Polydori cadaver in litore fuisse reperit, una cum liberis suis ad Hecubam accessit. Ea simulat, sese ob eam causam accessisse hominem, ut illi thesauros quosdam antiquos, in lilio defostos, indicaret. Deinde jussit fecedere satellitio, solum cum filius in tentorium deduxit, tanquam illi traditura, quicquid pecuniarum è Troja fecum exulisset. Erat autem illic abdità Troadum turba: quibus adjuta, Polymetorem introgressum exoculavit, ac liberos illius occidit. Agamemnon audita utriusque causa, contra Polymetorem pronuntiavit: qui non juvandi Hecubae studio, sed auri cupiditate puerum interemisset. Eurip. in Hecuba.

AEGEUS pater Telamonum, & Peleum filios, Phocii tertii filii interfecit, in exilium egit. Anton. Liberalis, ex Nicolandi primo Alteratione.

OEONUS Hercules confobrinus, Lycimii Alcmena fratris filius, cum adolescentulis adhuc esset, cum Hercule Spartam venit. Cumque videns urbis causa obambulans, ad Hippocoontis aedes forte accessisset, in eam cum domus custos invasit, At ille lapide canem percussit. Hippocoontis filii cursum egressi, puerum sustulit conficiunt. Hercules Hippocoontis filios armis adortus, vulnere accepto, se clam periculo subduxit. Mox copias comparatis, patre, & filio male multatis Oeoni cadem ultus est. Paus. in Lacon.

OSYRIS Aegypti rex, ex Germania, & Italia in regnum suum reversus, à fratre Typhonem interemptus est. Typhonem Libius Hercules (in Nibelis Lettibus dictus) avulsi matris lfidis, genitoris sui necem vindicans, cum conficiis paricidii occidit. Totum inde peragravit cum exercitu terrarum orbem, tyrannos injuste dominantes, ubique sustulit: accessit & Gambtrivium VII. Germanorum Regem. Avent. lib. 1. Anal. Bojorum.

ARABES tanto amore inter se juncti sunt, ut lege etiam apud eos sit cautum, domesticorum eadem quavis ratione ulciscendam esse. Josephi l. 15. c. 13.

ERASINORIX & SINATUS tetrarchias in Gallia obtinebant. H Sinati uxor Camma corporis pulcritudine, & animi virtute nobilis habebatur, erat enim sacerdos Diana, quam Galli summa religione colunt: & in pompis, ac sacrificiis semper magnificentissimum ornatum gestabat. Hanc Erasinox neque persuaderi, neque per vim cogi posse vivo marito arbitratu, Sinatum per dolum occidit. Non longo post tempore Cammam ambiebat. Illa frequenter renebat: familiaribus autem, & amicis instantibus, & blandissime rem administrantibus, simulavit se eis assentiri. Et quidem inter eos convenit. Veniebat Erasinox, & cum eo omnes Galli, perfecta erate viri, ac mulieres. Quem illa perhumaniter exceptum ad aram adducit, & ex aurea phiala bibit: partimque ipsa ebibit, partim illum bibere jussit. Qui tanquam sponsus à sponsa cum voluptate acceptum bibit. Potus autem hic erat mulsum veneno mixtum. Illa cum cum bibisset cerneret, magna voce exclamavit. deamque

deamque in genua procumbens adoravit, inquires: Gratiam A habeo tibi, veneranda Diana, quod mihi concesseris in tuo templo, pro marito mea causa interfecto supplicium exigere. His dictis, confestim & ipsa mortem obiit, & sponsum cum ea simul ad aram dea vitam reliquit. Polyenus lib. 8. & Plutarchus in Amatoriis.

LEARCHUS, Archelaum Cyrenarum Regem amicum veneno sustulit, regnum occupavit, Erixonam Reginam, Archelaei conjugem, ut matrimonio secum jungeretur, tentavit: pollicitus, se Archelaei filium adoptaturum. Femina conditionem sibi non displicere simulans, sed fratres duos admodum obfistere: posse dicit rationem iniri, si ad se noctu in colloquium solus veniret. Nihil insidiarum subesse putans Learchus, praemoris magnitudine, noctu in Erixonae aedes se recepit, ubi eum Erixona à duobus, quos domi occultos habebat, interminijussit, ac corpus de fenestris deiecit. Per hunc modum mariti mortem ulta est. Plut. in Amatoriis.

SYRACUSANI, cum audivissent Dionem, à quo liberati erant, à Calippo Atheniensis interfecitum esse: agrè adeo tulerunt, ut in ejus ultionem, quando cum in potestate haberent non poterant, filios interfecerunt. Plut. in Diono.

BERENICE Laodices infidius interceptum filii filium graviter ferens, armata curram ascendit, persecutaque satellitem regium, crudelis operis ministrum nomine Ceneum, quoniam hasta nequiquam petierat, saxo ictum prostravit, ac super ejus corpus actis equis inter infecta contrariae partis agmina, ad domum, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit. Val. Max. lib. 9. cap. 10.

THEBANT, simul atque Pelopidam Boeotarcham in acie occubuisse intellexerunt nulla interposita ulciscendi mora, eduxerunt raptim, Malcite & Diogitone duobus, exercitum septem millium pedum, & septingentorum equitum. Cum autem reperissent deiectum Alexandrum Phereum tyrannum, & viribus truncatum, compulerunt eum, ut Thessalis, qua ademerat, oppida restitueret: Magnetis, Phthiotas, Achaos liberaret, & praedia inde deduceret: denique ipse juraret eosdem se, quos Thebani, hostes habiturum. Hac multa fatiati Thebani fuere. Plut. in Pelopida.

BRARONIAE sacerdotis Patrem, qui interfectum non attingeret, sed ad cadendum cohortatus interfecitorem fuerat, in exilium eiecit senatus Areopagi. Sion. lib. 3. de rep. Athen. ex Demosth. contra Cononem.

PYRRHUS, Epitrotarum Rex, Sparta relicta, Argos contendebat. Praenunciaverat autem aruspex, jecinore sine capite invento, unus necessarium ejus cadem. Areus Spartanorum Rex ex infidius extremum agmen carpebat. Cui occurrens Ptolemaeus Pyrrhi F. ab Oreolo Cretenis interfecit. Pyrrhus nuntiata modo filii necem, ingenti percussit dolore, Molosorum equitum in hostes convertit, atque ipse ante alios invectus caede se fatiavit Lacedaemoniorum. Semper quidem in victum ostendit se, & terribilem in armis: ceterum tunc certamina priora, audacia, & strenuitate superavit. Plut. in Pyrrho.

ALEXANDER Magnus mortem Darii injustam in Besso Bactrianorum praefecto, qui eum per partitionem captum interemerat, ultus fuit. Diod. lib. 17. & Sab. lib. 8. cap. 4.

DARIUS Regis Confanguinei, traditum sibi ab Alexandro Bessum interfecitorem ejus, hunc in modum ulsi sunt. Etenim, cum omnia contumeliam, & cruciatu genera in eum D exercuissent, minutatim corpus conciderunt, membrorumque frustra fundis in partes varias projecerunt. Diod. lib. 7. Alii tradunt, duabus arboribus ex adverso multa in se vertice inflexis religatum, distichisque repente vinculis atrociter lanatum fuisse, & cacumibus viva corporis in diversa distrahentibus. Sab. lib. 8. cap. 4.

SELEUCI servus cum serviret amico ejus, à quo dominus fuerat in contemptum, conentem in ultionem domini confodit. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.

BARBARUS quidam servus in Hispania, ut herum ab Afrudrabe Paeonum dux interfecitum ulcisceretur, summum ejus gentis Imperatorem otruncare non dubitavit. Ceterum raptus ad supplicium, atque acerbissime discruciatu, tantum abfuit, ut signum illud tristitia, ac doloris dederit, cum varie torqueretur, ut post mortem cruciatu laticia gestens, tanquam optate ultionis compos expiraverit. Sab. lib. 3. cap. 8.

GALLI, cum, inito cum Clusinis praelio, recessissent Fabium Ambustum, legatum Romanum, qui ad conciliandam pacem missus erat, in praetium cum Clusinis descendisse, atque gentis L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

suae Gallum unum interemisse: recta Romam duxere, eamque incendio, & ruinis caedavere. Fulgof. lib. 6. cap. 3.

M. ANTONIUS, cum Philippi Brutum superasset, & isemetipse trajectisset, afficiens cadaveri Bruti exprobravit ei modicè Caui fratris sui necem. Illum enim in Ciceronis vindictam interfecerat in Macedonia Brurus. Ceterum Hortensio potius didicisse se, quam Bruto cadem fratris imputare Hortensium super illius monumentum praecipit interfici. Bruto magni pretii paludamentum suum purpureum iniecit, & cuidam liberto suo commisit ejus funerandi curam. Hunc post, cognito exequitum illud paludamentum non concremasse in funere, interfecit. Plut. in Antonio.

SEVERUS Imp. milites omnes, quicumque Pertinacem interemissent, exauctoravit, ablatis quoque armis jussit nudos discedere ab urbe centesimo lapide. Pertinacis imaginis funes censorium duxit, eamque inter divos sacravit: addito flamine, & Helvianis fodalibus, qui Marcianum fuerant. Se quoque Pertinacem vocari jussit. Cuspin.

CUM PHOCAS, Mauritius interfecto, Imperium invasisset, quinto mense ab inito Imperio literas ad Cosroem Regem Persarum misit indicans se Imperii dignitatem assecutum esse. F Cosros indignè ferens Mauricii amici sui tam crudelem intercessionem, Phocae bellum indixit, Syriam, Palaestnam, Phoenicem subegit, Hierosolimam cepit, & templum Christianorum passim spoliavit, & vexillum Dominicae crucis Hierosolyma abdidit: ut annotat Beda in lib. de Ratione temporum. & Adon. etate 6. Armeniam, Cappadociam, Galatiam, Paphlagoniam usque ad Chalcedonem depopulatus est, Paulus Diaconus lib. 17. ver. Rom. Zonar. tom. 3. Niceph. lib. 14. cap. 43.

Sextus agebatur annus, cum JULIUS Nepos, qui Imperium in Occidente tenuerat, ab Oreste deiectus, & in exilium missus, in Dalmatia Odoacris Herulorum Regis (qui caelo Oreste regnum Italiae occupavit) provincia quietus, atque ab omnibus popularibus procellis remotus degebat. Odoacer non solum non adverstante, sed etiam saluti ejus diligentissimè consulente. Ne verò hoc ille otio diutius fruereur, nefaria quorundam hominum improbitate perfectum est, si quidem Viator, & Ovida Comites, privati, ut puto, odiis ac simulacibus inflammata, insidias illi fecerunt, atque in villa sua quiescenti vitam eriperunt. Hanc necem, ut indignam, & ne in humilis quidem fortunae homine tolerandam Odoacer acerbo usque adeo animo tulit, ut anno 481. militum adversus eos manum miserit, & armis opprimeret, ultimique de Ovida supplicium sumperit. Sigon. lib. 15. Imp. occid.

RUSTICANA Romana mulier ulta est patrem Simmachum, quem Theodericus Rex Gothorum cum Boetio ejus genero interfecit. Fuit haec post Regis interitum suis civibus auctor, ut ad abolendam Barbari memoriam ejus statua tolleretur è medio. Id postea facinus, majestatis accessit, apud Tocilam ejusdem gentis Regem non solum non inficiata est: sed tam constanter etiam confessa, ut nihil a quoque illi profuerit ad salutem, ac constantia: quam Barbarus miratus, etsi causam improbare, tantam tamen indolem venia dignam censuit. Sabellianus lib. 3. cap. 6.

THEOBALDUS Carnotensis comes cunctos Blofensem urbem incolentes Judaeos ob puerum occisum igni tradidit, iis solum exceptis, qui religioni Christianae colla submittentur. Sigeberti Continuator, circa an. Dom. 1190.

PHILIPUS Rex Francorum ex Palaestina ab oppugnatione H Aconis urbis regressus ad patrios lares, dum apud S. Germanum de Lajo moram trahit, de caede in hominem Christianum à Judaeis apud Brajam commissa cognoscit. Mox eo cum comitatu advolat, portas, viarumque exitus occupat, suisque custodiendis tradit: Ipse vero castrum ingressus, ex Judaeorum cohorte octoginta, & co amplius Vulcano devorandos tradidit. Vincentius, Guagninus, & Naulerus, qui Parisiis haec accidisse subindicare videtur. Sigeberti Continuator annum 1177. annotat. De Judaeorum immanitate, qua quotannis Christianum macerant puerum, edoctus, omnes Judaeos comprehensos auro, argento, vestibusque pretiosioribus expoliavit. Ac cum penè totius regni facultates fenore exhaustissent, & servos, famulasque ex Christianorum caetu domi suae contra Ecclesiae decretum alerent, obratosque captivos intra domesticos parietes tenerent: Bernardi auctoritate, quidebita, quibus obstricti erant Judaei Christiani, remitti, & quintam eorum partem ad regium sifcum confecti consuluerat, omnibus facultatibus Judaeos exiit, regnoque suo ad certum diem excedere jussit. Quod